



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Augustini Barbosa ... Collectanea doctorum tam
veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum**

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

De Calumniatoribus. Tit. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95280](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95280)

actiue inferiunt, hi autem contemplatiue dumtaxat, sicque in honoribus inferiores sunt, vt per Mench. controu. illustrum in prefat. num. 95. Vide D. Thom. 2. 2. quest. 184. per totam, & 186. art. 1.

S V M M A R I V M.

- 1 Metropolitani ad correctionem excessum, & reformationem morum singulis annis facere debent provinciale Concilium, in quo statueri debent personas idoneas per singulas dioceses, quae solite inuestigent, & in sequenti Concilio referant corrigenda.
- 2 Concil. provinciale quando celebratur, debent Praelati tendere de corrigendis excessibus, & moribus reformandis.
- 3 Archiepiscopus solus potestate caret condendi statuta totam provinciam obligantia.
- 4 Archiepiscopi attento iure Concil. Trident. possunt visitare provinciam, & inquirere de criminibus, etiam si non appareat de negligentia suffraganeorum.
- 5 Testes synodales qui de ordine Episcopi visitant diocesim, aluntur ab Ecclesiae visitatis.

C A P. Sicut olim. XXV.

1 Metropolitani debent celebrare Concilium provinciale singulis annis cum suis suffraganeis, & tractare de corrigendis excessibus, & reformandis moribus, praesertim in clero, secundum iura addendo poenas & ad hunc finem statuendo idoneas personas per singulas dioceses, quae per totum annum simpliciter absque vlla iurisdictione obseruent, quae sunt corrigenda, vel reformanda, & ea deferant ad Concilium provinciale in anno sequenti, & super iis, & aliis provideant, & quae statuuntur publicari faciant in Synodis Episcopalibus celebrandis annuatim per singulas dioceses, & qui id neglexerit adimplere, suspendatur ab executione sui officij. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anan. Anch. Buttr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuiam. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 18. Alagona in compendio iuris Canonici, pag. 614. remissive Ximen. in concord. p. 1 & 2. desumitur ex Concilio generali Lateranensi, sub Innoc. III. cap. 6. & refertur ab Anton. August. collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 5.

2 Diligentem habeant, &c.] Notatur ad hoc quod quando Concilium provinciale celebratur, debent Praelati intendere de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, diligentemque praesertim in clero cum Dei timore habere tractatum, canonicas regulas, maxime quae statuta sunt in generali Concilio Lateranensi, relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam poenam transgressoribus infligendo, vt aduertit Steph. Quaranta in sum. Bullar. verbo Concilium provinciale, num. 13. vers. 37. quaro.

3 Canonicas regulas, &c.] Ergo Archiepiscopus solus potestate caret condendi statuta totam provinciam obligantia, vt per Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 17. num. 36.

4 Per singulas dioceses statuunt, &c.] Hodie ex nouiori dispositione Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 3. possunt Archiepiscopi visitare provinciam, & inquirere de criminibus, etiam si non appareat de negligentia suffraganeorum, vide Cabed. Luste. decis. 78. num. 3. vers. hinc etiam.

5 In gloss. Statuant. ibi, moderatos tamen sumptus, &c. Notatur ad hoc quod testes synodales qui de or-

dine Episcopi visitant diocesim, aluntur ab Ecclesiae visitatis, vt per Surd. de aliment. tit. 1. quest. 64. num. 18.

S V M M A R I V M.

- 1 Compendium huius text. refertur.
- 2 Monachus accusans Abbatem habet de bonis monasterij expensas non solum ad prosequendam litem, sed etiam pro illa exequenda.
- 3 Expensae sumptus ministrati monacho accusanti Abbatem non repetuntur, etiam si monachus succumbat.

C A P. Olim. XXVI. Greg. IX.

Excommunicatio, suspensio, vel interdictum lata per Abbatem qui fuit denunciatus, vel alium eius nomine contra denunciatus monachos vel eius adherentes relaxantur si fuerint spoliati post inceptum negotium, & si pendente lite fuerint spoliati ab Abbate, debent restitui, & iudices sine strepitu iudicij inquirere inquirenda in personas, & obseruantias regulares, & corrigere, ac reformare tum caput, tum membra, & relaxare iuramenta de tacenda veritate; sed lite pendente monachi sint obediens Abbati, ita vt lis non impediatur, & manifestetur denunciato Abbati dicta testium. Item expensae, quae requiruntur profratribus, & personis idoneis denuntiatis, & prosequentibus negotium, fieri debent de bonis monasterij, quia monachi non habent proprium, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anan. Anch. Buttr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuiam. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 19. Alagona in compendio iuris Canon. pag. 614. remissive Ximen. in concord. p. 1 & 2.

De bonis monasterij cum proprium non habeant ministrari.] Notatur ad hoc quod Monachus accusans Abbatem habet de bonis Monasterij expensas non solum ad prosequendam litem, sed etiam pro illa exequenda, vt per Palat. in repet. cap. per vestras de donat. inter virum & uxorem §. 39. num. 2. vbi dicit hunc text. intelligendum quando lis mouetur ad utilitatem monasterij principaliter & mediate, sic etiam vxor, & filio litiganti tenetur maritus, & patet alimenta praestari, vt docet Gonzal. ad reg. 8. cancell. gl. 2. m. 41. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 33. num. 27. cum sequ. & cap. 236. a num. 34. Et huiusmodi sumptus, & expensae non possunt repeti, etiam si quis succumbat, Steph. Grat. locis proxime citatis, provt etiam de alimentis lite pendente praestitis resoluit Surd. de alimentis tit. 6. q. 20. num. 1.

De Calumniatoribus.

TIT. II.

UPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anan. Buttr. Anch. Felin. Panorm. Mar. Socin. Petrus de Rauenna in compendio iuris Canonici. Martin. Mefart. in epitome Decretal. fol. 172. Stephan. Ranch. in contrinuat. tit. Decretal. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontif. pag. 605. Goffred. & Host. in sum. huius tit. Alex. Cusian. & Anast. Germon. in paratitulis ad quinque lib. Decretal. Barthol.

Barthol. Carthag. in exposit. titulorum iuris Canon. nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. in sum. in Decretal. omnes sub hoc iur.

De materia huius tit. vide Bernard. in pract. c. 59. alias c. 68. in nouissima edit. vbi Salzed. Duen. reg. 27. in princ. Menoch. de arbitr. casu 321. & 322. Baiard. ad Clar. §. fin. quest. 62. num. 15. cum seqq. Fr. Emman. q. regul. tom. 2. quest. 3. art. 1. Farinac. in praxi crimin. part. 1. quest. 16. à princ. Aldret. de relig. discipl. tuenda lib. 2. c. 23. de calumniatorum penis. Coriolan. de casibus reuerentis iuxta Regulam Clement. VIII. regularibus prescriptam part. 2. casu 5. de accusat. numero 8.

S V M M A R I V M.

- 1 Subdiaconus calumniosè accusans Diaconum, subdiaconatu priuatur, & publicè verberibus castigatur, & in exilium mittitur.
- 2 Clericus an verberari possit, ostenditur, & multa traduntur circa intellectum huius text.
- 3 Exilij penam Ecclesiastici iudices clericis imponere possunt.

C A P. Cum fortius I. Greg.

Subdiaconus qui calumniosè accusat Diaconum est priuandus officio subdiaconatus, verberibus publicè cadendus, & in exilium mittendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabab. Bellam. Ioan. And. Anan. Anch. Host. Butt. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuan. in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 21. Alagona in compend. iuris Canon. p. 616. remissive Ximen. in concord. p. 2. desumitur ex D. Gregor. lib. 9. registri epistola 66. refertur à Burch. lib. 2. Decretorum cap. 201. & ab Iuone part. 6. cap. 174. & Anton. August. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. de accusat. cap. 2.

Et verberibus publicè castigatur. Pœna hæc verberum intelligi potest de illa, quæ fit quando quis verberatur à Pœnitentiariis, vt solet fieri per Pœnitentiaris Vrbis: nam ista potest imponi clericis, vt dicit Thomas de Argent. in 4. distict. 14. art. 6. vel etiam intelligi potest, vt clericus causa disciplinæ possit verberari, prout intelligit Abb. in c. vniuersitatis, notab. 2. infra de sentent. excom. Vel denique potest intelligi, vt fiat honestè intra septa Ecclesiæ, secundum eundem Abb. in cap. inter alia de immunit. Ecclesiæ. Ibi que publicè fieri dicitur si intra septa sint sex personæ, text. in c. quis aliquando §. hæc ergo, de penitent. dist. 1. Prob. in c. 2. de constit. in 6. numero 67. quicquid tamen sit, verum est text. loqui de pœnitentia publica clericis infligi permissa absque ignominia, non autem de fustigatione cum ignominia more Laicorum, quæ est grauior pœnitentia solemnī, & hodie huiusmodi pœnam verborum generali consuetudine in clericis non seruati, asserunt Clar. §. fin. quest. 70. vers. & etiam, vbi particulariter loquitur de Mediolanensi dominio, & de Regno Franciæ, ac aliis locis, testatur Bernard. in pract. vbi Salzed. cap. 135. alias cap. 137. secundum nouam impressionem: & in specie quod clericis non sit imponenda pœna ignominiosa, & non sint publicè, sicut alij plebei dehonestandi, tenet Perez. l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinam.

In exilium deportari. Ergo Ecclesiastici iudices pœnam exilij clericis imponere possunt, vt per Bernard. & Salzed. in pract. cap. 137. secundum nouam impress. Azoned. l. 3. in fine tit. 1. lib. 1. noue recopil. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 23. art. 1.

Barbof. Collect. Tom. III.

S V M M A R I V M

- 1 Denunciator in probatione criminum deficiens, ab officio, & beneficio suspenditur donec innocentiam suam purget.
- 2 Calumniatores grauius sunt puniendi, quoniam alio delinquente.
- 3 Calumniatores ultra condemnationem expensarum debent condemnari ad penam calumniæ, quæ est similitudo supplicij.
- 4 Index potest procedere contra calumniatorem eundem abque accusatore.
- 5 Calumniandi animum non habuisse presumitur, qui à fide dignis accepisse probatur.
- 6 Calumniari presumitur accusator eo ipso, quod non probat prepositam accusationem.
- 7 Calumnia, seu malitiæ presumptio cessat in notoriis.
- 8 Accusator in crimine læsæ Maiestatis, & in crimine simonia si non probat non punitur de calumnia.
- 9 Calumnia presumptio sublata omnino, & extincta per inuicentum censetur.

C A P. Cum dilectus. II. & fin.

Innocent. III.

Prelatum sum denunciatus, si deficit in probatione, est suspendendus ab officio, & beneficio donec se purget canonicè, quod non causa calumniandi denunciatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabab. Bellam. Ioann. Andr. Hostiens. Butt. Anch. Anania, Mar. Socin. Felin. Panorm. Viuan. in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 22. Alagona in compend. iuris Canonici, pag. 616. remissive Ximen. in concord. p. 1 & 2. refertur ab Anton. August. collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 7.

De calumniatoribus quod grauius sint puniendi quoniam alio delinquente, dicit Menoch. consil. 2. n. 95. & quod ultra condemnationem expensarum debent condemnari ad penam calumniæ, quæ est similitudo supplicij, refert Baiard. ad Clar. §. fin. quest. 62. num. 19. vbi num. 18. tenet quod index potest procedere abque accusatore contra calumniatorem euidentem, & dare ei terminum ad faciendum defensiones suas, & inter accusatorem, denuntiatorem, ac calumniatorem nulla est differentia quo ad pœnam, vt resoluit Aldret. de relig. discipl. tuenda lib. 3. cap. 23. num. 8.

Quod non calumniandi animo, &c. Aduerte quod calumniandi animum non habuisse presumitur qui à fide dignis accepisse probatur, vt per Tiraquel. de pœnis temper. causa 51. num. 30.

In gloss. calumniandi, ibi, si denunciatus non probat quod intendit, calumniari presumitur. Notatur ad hoc quod accusator eo ipso quod non probat prepositam accusationem, presumitur calumniari, vt per Abb. hic num. 5. Mar. Socin. num. 7. Anania num. 19. & Felin. num. 6. Boff. in tit. de accus. numero 19. Clar. §. fin. quest. 62. num. 6. Mascard. de prob. concl. 25. Menoch. de arbitr. casu 321. numero 4. Salzed. de Bernard. in pract. cap. 78. litt. A. Fr. Emman. quest. regul. tom. 2. quest. 3. artic. 1. Hieronym. Crach. in consil. synaical. num. 222. & 258. vbi num. 223. dicit quod dolus, & calumnia presumitur in illis, qui obiecta non probant. Illud tamen aduerte quod calumniæ, seu malitiæ presumptio cessat in notoriis, vt per Sigismum. Scacciam de appellat. quest. 19. rem. 1. conclus. 4. & 5. numero 26. & accusator in crimine læsæ Maiestatis, & in crimine simonia

B 3

si non probat non punitur de calumnia. Baiard. ad Clar. d. quæst. 6.2. num. 30.

- 9 In ead. gloss. ibi videtur quod per iuramentum probari possit. Notatur ad hoc quod calumnie præsumptio, sublatâ omnino, & extincta per iuramentum censetur, ut per Claud. de Seydel, in l. Gallus num. 2.5. vers. tertio fallit ff. de usufruct. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. different. 1.1. num. 57.



De simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur.

TIT. III.

SYM MARIUM.

- 1 Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
- 2 Simonia materia qui tractent, citantur.
- 3 Simonia definitur ut sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi res spirituales. seu spiritualibus annexas.
- 4 Simonia tres sunt species. mentalis, conventionalis, realis. & sigillatim declarantur.
- 5 Simonia vitium habet suam difformitatem ex tribus potissimum rationibus.

SUPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabab. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Buti. Anchar. Felin. Panormit. Mar. Socin. Err. de Ravenna in compendio iuris Canon. fol. 130. & in speculo iuris. lib. 4. Ioan. de Londris in breuiar. sanctorum Canon. fol. 179. Martin. Mehnart. in epitome Decretal. fol. 172. vers. Steph. Ranchin. in continuat. titulum Decret. Dan. Venator. in analysi methodica iuris Pontificij. à pag. 609. Goff. & Hostien. in sum. huius tit. Alexand. Cassan. & Anast. Getmon. in paratitlis ad quinque libros Decretal. Barthol. Carthag. in expost. titulum iuris Canon. Zypac. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag. 381. Lancel. in instit. iuris canon. Cafarel. in erotem. eiusdem iuris, Canil. in sum. etiam eiusdem iuris. nouissimè Ioan. Honor. lib. 5. summ. in Decret. omnes sub hoc tit.

- 2 De materia huius tit. integros tractatus edidere Guillelm. Rodoan. Barthol. Vgolin. Ioan. Cattafa, & Petr. Binsfeldius, & latè egerunt, D. Thomas 2.2. q. 100. Siluest. & alij Summistæ in verbo simonia. Sor. de iustis. lib. 9. quæst. 5. Clar. lib. 5. §. simon. Viui. Bonacol. & alij tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 15. Vela de delictis cap. 32. Mascard. de probat. conclus. 134. & conclus. 1310. à num. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8. Nauarr. in Mann. cap. 2. à num. 99. & in repetit. cap. fin. inf. hoc tit. Card. Tusch. lit. 8. conclus. 249. cum seqq. Petr. de Ledesma in summ. part. 2. tract. 12. Rebuff. in praxi tit. de simonia in resignat. Fr. Emman. in sum. tom. 2. à cap. 55. vsque ad c. 66. Candelab. aut. in appendice c. 1. Flamin. de resignat. lib. 14. & in tract. de confident. Nicol. Garc. de benefic. part. 8. c. 1. Lorencana in compendio casuum tit. de simonia Ludovic. Lopez. in instructorio conscientia part. 1. c. 208. Iacob. de Graffis in decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 98. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 94. secundum nonam impress. Henric. in sum. lib. 13. c. 37. Tiber. Decian. in tractat. crimin. tom. 1. lib. 9. cap. 77. Stephan. Quaranta in sum. Bullarj verbo simonia, Zevol. in praxi Episcop. cod. verbo Sor. de relig. to. 1. tract. 3. lib. 4. de simon. Leonard. Lessius de iustis. lib. 2. c. 35. de simon. Valer. Reginald. in praxi fori pœnis. lib. 23. num. 108. cum multis seqq. Aldret. de religiosa disciplin. inend. lib. 2. c. 16. §. 5. n. 41.

cum seqq. Azor. instit. moral. part. 3. lib. 12. Campan. in dumerferio iuris Canon. rubr. 11. cap. 27. Cantarel. in decem. præcepta decalogi lib. 2. cap. 52. cum duobus seqq. Raphaël. de la Torre de Relig. tom. 2. quæst. 100. de simonia, Bonac. variar. tract. tit. de simonia.

Simonia, quæ non ex natura rei, sed à primo eius auctore, de quo Astor. cap. 8. Dicitur, cap. quicunque. qui studet. cap. Petrus 1. q. 1. cap. Saluator. 1. q. 3. dehiuit ut sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi res spirituales, seu spiritualibus annexas, secundum gloss. receptam in præsentis rub. S. Thom. 2.2. qu. 100. art. 1. Sor. de iustis. lib. 9. q. 5. art. 1. Nau. in man. c. 23. num. 100. Viger. de iustis. c. 5. §. 6. Clar. verbo simonia num. 5. Cuius de primog. lib. 3. cap. 8. num. 6. Lambert. de integritate. lib. 2. partis 1. art. 3. qu. 9. num. 11. & alij citati à Menoch. de arbit. casu 402. Soar. de Relig. tom. 2. lib. 4. de simon. cap. 36. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 1. quæst. 1. Valer. Reginald. in praxi fori pœnis. lib. 33. num. 100. Bonacin. variar. tract. q. 1. de simonia prop. 1. num. 2. Pro qua definitione videtur text. in d. cap. qui studet, & auctoritas Augusti. in lib. de heresi. in præfat. tom. 6. & in Enang. Ioan. tract. 10. cap. 2. num. 5. & homil. 23. cap. 1. c. tom. 10. quibus locis in sola emendi, aut vendendi voluntas simoniae vitium videtur constituere. Loco generis, ponitur voluntas, in qua veluti in subiecto vertatur, quemadmodum enim virtutes morales, quæ ordinant humanas actiones ad alterum, pro subiecto habent voluntatem, ut docet S. Thom. & Caiet. 1.2. quæst. 10. art. 4. sic vitia his virtutibus contraria, inter quæ simonia numeratur, quod Theologi citatis locis docent, & illud adiunxit nec virtutis meritum nec peccati culpam sine voluntate contrahi. cap. cum voluntate de ser. excomm. S. Thom. 1.2. q. 7. art. 1. ult. Covarr. in Clem. si furiosus p. 2. in princ. Ponitur, studiosa, id est, deliberata, quia sine deliberatione simonia non fit. Additur, emendi, vel vendendi spiritualia, vel annexa, quia hoc est obiectum simoniae, & his differentiis ab aliis vitiis distinguitur. Verbum autem emendi non solum spirituum venditionis contractum significat, quo res pro pretio certo in pecunia numerata datur, sed etiam contractum non gratuitum, pro ut accipitur in l. si liber. ff. de statuliber. & in l. si quis venditiones ff. quibus modis pign. Tiraquell. de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 2. in princ. Pinel. in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. cap. 1. n. 10. & proinde verba illa, emendi aut vendendi, non adhibentur solum ad significandum contractum emptionis aut venditionis, ac si peccatum simoniae solo contractu emptionis, & venditionis committatur, verum etiam adhiberi ad significandos ceteros contractus onerosos, qui non gratis, nec liberaliter fiunt, sed æquivalent emptioni, & venditioni, pacto, transactioni, permutationi, &c. ita Azor. d. lib. 12. cap. 1. quæst. 1. Valent. tom. 1. disp. 6. q. 16. puncto 1. vers. sequitur altera. Valer. Reginald. d. lib. 33. n. 100.

Simoniae tres sunt species, seu gradus, mentalis, scilicet, conventionalis, & realis: mentalis, quæ sola voluntate committitur, nec in actum prodit exteriorem, quo animus deprauatus probeatur, de qua in cap. 2. in 2. p. & in cap. ult. hoc tit. Conventionalis, quæ in partibus deducitur, traditio tamen nulla fit, de qua in d. cap. sua. in princ. & in cap. cum essent. hoc eod. lib. Realis est, quæ rei traditione consummatur, de qua agitur 1. q. 5. & toto hoc tit. Colligitur hæc trimembritas diuisio ex Extraneis 2. de simon. inter com. tradunt Felin. in hac rubr. Paul. de irregul. & dispens. p. 6. tit. de simon. num. 7. Nau. ubi sup. num. 102. & perfectior est quam illa, quam in mentale, & conventionalem tantum faciunt Theologi. Habet autem hoc vitium suam difformitatem ex tribus potissimum rationibus. Prima est ex parte vendentis, qui ut rem possit vendere, seu